

quibusque ex rationibus componantur valores ipsi numorum, prout communiter expenduntur: alias necesse esset, nos versari in quadam obscurissima nocte, nec de re hujusmodi posset quidquam constitui, neque cognosci: quamquam verè nec populi multitudo, nec quantitas signatæ pecuniæ in ulla specie ini-
fi possit; attamen intelligere (si id liqueret) quid inde eveniret, est quoddam lumen, cu-
jus beneficio videmus, unde alterationes il-
læ contingunt, quæ ab externis causis prove-
niunt, & quomodo eas metiri liceret, si eo-
rum, quæ exigimus, & petimus, voti com-
potes fieremus, verbo dicam, imaginem, ut
in speculo videmus quidem, sed attingere
non valemus.

Et hæc quidem quoad causas, quæ extrin-
secus numis adveniunt, dicere oportebat.
Verum monetarum alteracioni (quæ est alte-
ra hujus opusculi pars) cuius origo sita est in
ipso numo, obviam iri posse, non dubita-
mus: siquidem justis valoribus semel consti-
tutis, & sublatis rationibus, quibus aug-
menta